

uere & plus intensi q̄ in alio tempore: & affatus est de a sicut audi-
tus: & ideo homines colericí habēt uerba magis intesa: & acuta q̄ alii hoīes. Item gustus ē locus de a p̄ potum in æstate: quo
niam hoīes in æstate plus sentiunt de sapore p̄ potū q̄ in hieme:
& econtra gustus in hieme est locus de b p̄ cibum: quādo in hie-
me maiore saporem inueniunt in cibo q̄ in æstate: & tactus ē lo-
cus de b quoniam cor fortius sentit q̄ aliud membra: & imagina-
tio est locus de d quoniam hoīes melancolici meliorē hñt ima-
ginationē: & ideo secūdū q̄ sensus habēt loca p̄ a b c d. ita sunt
a b c d loca planetarum & signorum: p̄ membra manus hoīum &
pedes sunt loca locorum cæli inquantū manus sunt loca cum qui-
bus operat homo: & pedes cū quibus uadit sunt loca operatio-
nū superiorū uel inferiorū: & ideo secundū q̄ homo natus ē ita
formatus est uel informatus ad operandum: & ad ostendendū
operationes & motus uel stationes suas secundum dispositōes
& constellations & motus stellarum in quibus natus est.

F. Audiui dicta tua de loco: díc mihi quid intelligis per mo-
dum cū dicis q̄ corpora celestia habēt modū in operationibus
suis naturalibus: cū quo influūt suas similitudines ad corpora
inferiora: quæ secundum naturam eorum recipiunt similitudi-
nes modorum superiorum. Astro. Nos conari debemus ul-
tra loca cæli: cognoscere modum superiorem: ut habeamus infe-
riores modos quibus effectus producūtur: ideo dico q̄ modus
est ordo naturarum aut consuetudinum quæ ad unum finem se-
habent uel tendunt: ut gratia exempli aries & mars: qui eodem
modo uel similē se habent secundum ordinem naturæ suæ ad ca-
lefaciendum & desiccandum: & taurus & saturnus ad desicādū
& infrigidandum: & aries & Iuppiter modum habent multipli-
candi calorem: sed aries habet modum destruēdi humiditatem
Iouis: & Iuppiter econuerso siccitatem arictis: & ideo propter hoc
aries & Iuppiter per unum modum se habent ad concordantiā:
& per alium ad contrarietatem: & propter hoc iste ordo natura-
rum &cæ. qui modus appellatur: est quodammodo medium cum
quo uel per quod superiora agunt conuenienter in inferioribus.

F. Superior iste modus de quo est? Astro. Recte post
quid est sequit' de quo est: modus superior ut saepius dixi supra
in pricipiis est de naturis signorum & stellarum & planetarum & de